# Band VI., Nr. 1713, Seite 115

*Propst Berthold und der Konvent von Schussenried beurkunden, dass die edlen Herren von Wartenberg auf Bitte der Erben Ulrichs von Steinhausen ihr Eigentum in Richlishaus an ihr Kloster, sie selbst aber wiederum auf deren Bitte dasselbe an das Kloster Baindt übergeben haben.*

## Otterswang, 1263. Mai 4.

In nomine domini. Amen. Diversis dolis et multis inconmodis occurritur pleneque futurorum materia licium enervatur, cum hum*m*ane fragilitatis negotia scripturarum testimonio conservantur. Evenit namque multociens, quod vivum testimonium repentinus subripit interitus et verus possessor sententialiter ex def*f*ectu noticie bonis suis temere spoliatur. Nos igitur Bertoldus divina providente clementia prepositus in Sorech totusque eiusdem loci conventus singulis et universis exponimus et presenti scripto profitemur, quod nobiles domini dę Wartenberc ad preces et instantiam heredum pie recordationis domini V̊lrici de Stainhusen proprietates suas in Richelishus, quas successione legitima possederunt et ab ipsis antedicti heredes domini V̊lrici tenere debuerant nomine feodali, monasterio nostro cum omnibus suis appendiciis tam cultis quam incultis, tactis, cognitis et incognitis ac intactis donatione publica tradiderunt iure proprietatis pacifice possidendas, quas nos etiam postmodum rogatu heredum V̊lrici de Stainhusen memorati monasterio sanctimonialium de Biuwende prout easdem accepimus contulimus perpetuo pacifice ac legitime possidendas, in nostre traditionis evidens testimonium ac robur firmitatis perpetuę presens scriptum sigilli nostri munimine roborantes. Huius rei testes sunt: V̊lricus et Swigerus fratres de Gundeluingen, Růdolfus de Bůhaugia, Gebehardus de Kurenbach, Eber. de Richenbach, Reinhardus de Otolveswanc, frater H. de Cressebrunnen, Herbordus rector ecclesie de Richenbach et alii quam plures.<br> <br> Actum apud Otolveswan, anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, quarto nonas Maii, indictione sexta. Amen.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An blauen und weißen Leinenfäden das spitzovale Siegel des Propsts Berthold, 42,23 mm (II. B): Maria mit dem Christuskind auf dem Schoß, Umschrift: + S . PREPOSITI . DE . SORECH.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
Gesamtarchiv der Fürsten zu Waldburg-Wolfegg, Schloss Wolfegg

**Signatur/Titel des Originals:**
WoBai U 30

**Überlieferung und Textkritik:**
War ehemals im Besitz der Salm-Reifferscheid-Dyck'schen Gutsherrschaft zu Baindt.

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Otterswang

**Ortsindex:**
Bad Buchau Wohnplatz (17062)<br> Bad Buchau, BC<br> Bad Schussenried Wohnplatz (17071)<br> Bad Schussenried, BC<br> Baindt Wohnplatz (19193)<br> Baindt, RV<br> Gundelfingen Wohnplatz (15913)<br> Gundelfingen, Münsingen, RT<br> Kressbronn am Bodensee Wohnplatz (17994)<br> Kressbronn am Bodensee, FN<br> Kürnbach Wohnplatz (17079)<br> Kürnbach, Bad Schussenried, BC<br> Otterswang Wohnplatz (17084)<br> Otterswang, Bad Schussenried, BC<br> Reichenbach Wohnplatz (17085)<br> Reichenbach, Bad Schussenried, BC<br> Reichertshaus Wohnplatz (18874)<br> Reichertshaus, Bad Waldsee, RV<br> Steinhausen Wohnplatz (17092)<br> Steinhausen, Bad Schussenried, BC<br> Wartenberg Wohnplatz (14073)<br> Wartenberg, Geisingen, TUT